



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Carolus Borromæus. 4. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

4. NOV. VITÆ SANCTORUM. 691
vit. His atque aliis adduxit longè pluri-
mos, in Christi leges ut jurarent? sed non
regem etiam, qui multis suppliciis ex-
cruciatam M I L U M ferro devovit, &
carnificis munus cum fratre diuisit. Hos
quoque semianimis Divus appropre-
tam Nemesis jussit cavere. Nec nisi diem
hæc absfuit. Postridie enim, dum ambo
cervum fugientem jaculo inseguuntur,
ambo exerrant, sed mutuis se vñlneribus
fratres conficiunt. I, seram cæli vindic-
tam memora, quando cervo & jaculo
ocyor venit. Ex Menaie.

*Quidquid aliis accidit, tibi accidere
potest: quia homo es: homo de humo, li-
mus de limo; terra es, & de terrâ vivis,
& in terram reverteris, quando veniet
dies ultima, quæ subito veniet, & forsitan
hodie erit. S. Bern. in Medit.*

S. CAROLUS BORROMÆUS. 4. NOV.

E Rubescent, puto, ad CAROLI purpu-
ram omnes purpurati. Reditus Eccle-
siasticos, nec ab illustrissimo parente
aliter quam in pauperum usus verti pa-
tiebatur. Galero & infulâ insignis Paro-
chorum vitam ipse inspicere, ipse mor-
bidas oviculas curare, ipse pro suggestu
his acclamare, ipse Sacramentis pascere.
Quid hic illi animarum pastores, qui
suum numquam numerant, qui neq; no-
verunt gregem? Atqui ille, quæ diximus,

XX 2

tunc

692 VITÆ SANCTORUM. 4. Nov.
tunc fecit, cùm provinciam dira lues
famesque popularetur, quando, ut Chri-
stum operiret, parietes aulæis, se lectu-
lo etiam nudavit. Pestem supplicationi-
bus avertit ad DD. pulvinaria institutis,
in quibus ipse nudus pedes, funeque in
collum injecto, crucem prætulit, & in
hâc clavum ex illis unum, è quo nobil-
issimum olim anathema Servator pe-
pendit. Porrò authoritati Ecclesiæ vi-
tam posthabuit; & suam purpuram suo
iterum sanguine pinxit, nisi globus
Divum jussus ferire à tergo ad pedes de-
lapsus esset. Pier, cùm alii ludos, ipse
VIRGINI templa obibat. Præter Ho-
ras Canonicas, etiam Marianas quotidie
dixit, & dici à domesticis voluit. Sub
MARIA nomine collegium adolescen-
tulis nobilibus extruxit. MARIA sta-
tuam ante omnium templorum portas
posuit. Hujus iconे armari omnes mili-
tes suos voluit, forti utique clypeo. Mit-
to cætera, hoc addo: alios purpura, Ca-
rolus purpuram ornavit. Ex vitâ.

O si consideraremus, quis sit Deus iste,
qui nos dignatur aspicere, cui tam gratum
est, quidquid pro salute animarum fit,
quam avidè & promptè curreremus om-
nes, dicentes, Domine. Ecce ego, mitto
me! S. Car. Borrom. Concion. 4. in
Syn. xi. habita.

S. IO-